Nullus ad gradus in Theologia admittatur, qui tempus studii, in Statut determinatum non habuerit. Lectiones et disputaones, et alia muneri suo incumbentia non absoluerit.

iuxta

iuxta promissionem suam: in iis enim redemptiones fieri pecunia, et dispensationes sine
Causa gravi concedi omnino prohibemus.
Quodsi quis negligentem se in lectionibus suis absolvendis, et gradibus obtinendis exhibuerit
alter qui diligentior fuerit admittatur: ille vero nisi intra tres menses negligentiam
suam purgaverit, tam ad gradus, quam ad Beneficia locum suum perdat. 8

De Personali Residentia Collegiatorum.

Cum omnes Professores ex intentione Fundatorum in suis Collegiaturis ad personalem
residentiam obligentur, sub fide praestiti Iuramenti et Privatione Beneficiorum, vel Salari- in Privil. f. 2 4. 22.
orum suorum: merito nullum statum aut officium recipere permittuntur, quod illos impedi- in Stat. f. 9.
re aut retardare possit in ipsorum Lectionibus faciendis. in Concl. f. 48.
Quemadmodum igitur nullus Collegiatus potest esse Rector particularis Scholae, ita extendendo declaramus
vel declarando statuimus. Nullum Collegiatum posse esse Rectorem Sectoris Partis: nisi fue- Parochiis
rit Iurispatronatus Universitatis: et si quis nunc eam possidet, infra annum illam resignare, vel pro sim-
plici beneficio permutare teneatur. sub amissione suae Collegiaturae.
Ordinamus praeterea, ut quis in Italiam, aut alias exteras nationes proficisci audeat Proficiscentes in Italiam
nisi licentia prius ab Episcopo et ab Universitate obtenta, et alio Digno in locum suum surrogato sub
poena privationis suae Collegiaturae, ipso facto incurrenda. in Statut. fol. 31. in Conclus.
fol. 12. Licentia autem dari debet, nec cum filiis Nobilium, nisi ad summum ad biennium
et non pluribus, quam duobus, vel tribus, ex tota Universitate.
Si quis sine iusta et rationabili Causa per Decanum approbanda, uno die lectionem aut
disputationem neglexerit, detrahatur illi ex dismembratione, iuxta Statut. fol. 9. 43. et
Privilegium Alberti Episcopi fol. 28. nimirum pro una Lectione Magistri grossi duo, pro una
Lectione Doctoris Theologiae grossi 8. Sententiariorum et Baccalaureorum gross. 2. Pro una
Lectione Iurisconsulti Ordinarii gross. 6. aliorum gross. 4. Poena Medici grossi tres. Si
vero per duos aut tres Menses negligentiam commiserit, sine iusta et rationabili causa per Re- in Concl. f. 9.
ctorem approbanda: nil de eo, quod in commune distribuitur percipiat. in Statut. fol. 43. Iusta
autem Causa intelligitur, si esset absens in negotiis Regni, Episcopi, Capituli, vel in Universitatis, aut in
propriis, iuxta declarationem Alberti Episcopi in Privileg. fol. 28. 6.
Cum Doctorum Virorum Congregationes debeant esse, omnis gravitatis, modestiae, bonique
Ordinis exemplar, statuimus ut in quibuscunque Convocationibus, tam Universitatis quam facultatum
aut Collegiorum, uno loquente, caeteri omnes taceant, et nullus loqui possit, nisi de Licentia
Rectoris, vel alterius convocationis Praesidentis. Si quis convocationem turbare, vel in alterius
sententiam involare praesumpserit, statim a Convocatione expellatur, et secundum delicti modum
a similibus Convocationibus ad mensem, tres, sex vel etiam ad annum suspendatur, mane-
atque voce privatus, qua uti non didicit.

Hactenus fuere Statuta Reformationis Dobrodziescianae.

Ex libro Conclusionum Universitatis Crac: fol. 38

Conclusio de Medicis ex aliis Peregrinis studiis redeuntibus, ne practicam Medicinae exerceant quibus poenis subjici debent.

Ceperant multiplicari in Studio nostro Medici ex peregrinis studiis venientes paucam moram et operam Medicinae [illegible] impendentes, hic vero tanq. approbati et experientes essent (Statut gymnasii nostri aduersando) conati sunt intra urbis moenia passim, et fere apud omnes status hominum praxim in admouendis Medicamentis temere exercere et exercuerunt, cum tamen Statuta nostra non sinant alios, nisi primum se in Palestra illius facultatis per disputationem offerant animoseq. concertent. Et ii tantum ad Palestram respondendi permittuntur, qui quinquennio continue profundis Canonibus Theoriae et Practicae inuigilarunt et elucubranter hi reuera dicti Doctores aliqui vix trimestre tempus in Italia ad illa studia Medicinae impenderunt quidam tamen parum plus tamen non animaduertentes Statuta nostra videbantur violare, quodstrugam medicinae Practicam profitendo et exercendo. Nos tandem huic malo occurendo ex Officio ad nrum Iudicium accersiri iussimus solenni iudicio nobis celebrato cum DD Decanis omnium facultatum et Consiliariis stricteq. imposuimus Praesentis Medicis contra Statuta practicantibus ne per amplius auderent hi et posteri sese tali exercitio Medicinae prostituere. statuimus q. firmum habere volentes deinceps eos et quoscunq. ita praeteriter practicantes his poenis esse subiectos. ut si aliquis fuerit repertus talem practicam exercere, pro prima vice excessus sui soluere debebit Universitati unam Marcam Argenti, pro secunda duas: pro tertia volumus ab Universitate et eius familiaritate esse exclusum, et tanquam inobedientem reiectum. Et sive sit talis doctor alienus studii, sive Magister nostri, Baccalaureus, aut Studiosus, et tanto magis perfidus Iudaeus aut Ortologus. quod conclusum in Conuocatione DD Doctorum omnium facultatum et Consiliariorum per Rectorem conuocatorum ad pulsum campanae Collegii maioris in stuba communi secundum solitum modum et tunc uno consensu decretum est et inuiolabiliter seruandum et tenendum semper in perpetuum et de caetero. Quod factum anno a Natali Christi 1511 Mense Septembri sub Rectoratu Doctoris Adae [illegible] Regii medici

Td Bodin In margine scriptum est ibidem: His praecedentibus annis tribus perpetuo Medici Rectores fiunt.

Ex Statutis Universitatis Patauinae lib. 2. cap. 29. De Poena Empericorum

Tantus apparet Empericorum numerus q. sine ullo rubore cum nullam prorsus medendi peritiam aut doctrinam habeant, tamen sibi Medicorum nomen vendicant, ut quot sint mirropolae: apothecarii: tonsores et mulierculae, tot iam Medici videantur. Qui sine ulla ratione et respectu medelas internas et externas ita audent applicare, ut potius macellarii et carnifices, quam Medici nomen mereantur. Quare tam perniciosis hominum generi obsistere cupientes, ut non solum Ordinis nostri dignitati, sed etiam humani generis saluti consulatur. Decernimus quod inposterum nullus cuiuscunq. fuerit conditionis in Urbe Paduae, vel in alio loco territorii, vel Paduani districtus alicui mederi, seu potionem Pharmacam, aut aliud medelae genus, ulli dare, aut ordinare possit, quod ad Medicum physicum pertineat: nisi sit Doctor Medicinae, aut saltem per triennium in medicina illum studuisse constiterit. Similiter nec opus chyrurgicum aliquod ullo modo exerceat. nisi aut sit Doctor, aut saltem per biennium in chyrurgia publice intrauerit et studuerit; et per annum saltem aliquem peritum in chyrurgia secutus fuerit, et practicare viderit sub poena lib: 100. quarum una pars sit Illustriss. D. una Rectoris. tertia Universitatis. et quarta accusantis qui si voluerit secretus teneatur. Si quis autem non Doctor, et qui studuerit ut supra, et mederi voluerit in physica vel chyrurgia se praesentet Rectori nostro, qui conuocatis Consiliariis, tres Doctores peritos ex antiquioribus eligat ut sibi videbitur, per eosq. talem, diligenter, practicare volentem examinari in practica faciat. et si a duobus ex praedictis doctoribus idoneus videbitur. Tunc Rector cum Consiliariis habeant potestatem dandi licentiam illi sic examinato, ut mederi possit. Taleq. licentiam per publicum instrumentum, seu priuilegium manu notarii nostri, et subsignatum sigillo nostrae Universitatis pendenti exhibeant. Hoc tamen declarato, quod examinatus

9

et approbatus in cyrurgia, nullam habeat facultatem medendi nisi in cyrurgia: ita vt nullum Pharmacum aut potionem dare possit nisi consilio et consensu alicuius periti Physici: quem consulere teneatur de quo sibi per Rectorem specialiter iuramentum deferatur. Quocciens autem non obtenta tali licentia aliquis non Doctor mederi, aut practicare ausus fuerit in cyrurgia siue in Physica: tociens prædictam pœnam incurrat, vt supra diuidendam. Pro dicto autem examine, et licentia obtinenda, soluere teneatur Vniuersitati duc: 1. et Rectori duc: 1 et Notario pro priuilegio et mercede sua duc: 1. et bidello solid. 20 nullus autem sub pœna periurii, aut dupli, remittere, aut donare possit partem pecuniæ sibi spectantem. Et quoniam hactenus superiores Rectores nostri ad pauca respicientes, vel ad amicorum gratiam, pluribus imperitis medendi licentiam concesserunt et priuilegia, eas omnes licentias et priuilegia, vigore præsentis statuti penitus reuocamus, et cassa ac nulla declaramus. etc. Pro horum autem omnium executione teneantur non solum huius vrbis Prætores, sed etiam omnes Paduani districtus Rectores et Offles proclamari et edici facere ad requisitionem Rectoris. quod nullus non doctor, siue in cyrurgia, siue in Physica vlli mederi possit, nisi licentiam habeat secundum formam præsentis Statuti, sub pœna prædicta, vt supra diuidenda: neque aliquis qui licentiam obtinuerit, nisi eam ostenderit intra spatium 8 dierum post edictum factum. Hoc vero statutum nullatenus dispensari possit.

Ex eisdem Statutis Vniuersitatis Patauinæ lib. 4. Tit. Super 29 de Pœna Empericorum.

Sciunt qui experiuntur quantum referat ægros in manibus ignarorum ac nomine Medici carentium se committere, siquidem pro valetudine recuperanda, vel dolorem subeunt ingentem, vel mortem etiam oppetunt. nullum enim damnosius medicamen adhiberi ægris posse videtur, quam ignari Medici consilium, talium namque numerum ingentem vbique scatuire videmus, quod etsi in omnibus locis indecens sit, in tam præclara tamen vrbe, et celeberrimo gymnasio decorata indecentissimum esse videtur. Cui maximo adeo inconuenienti prædecessores nostri obuiare cupientes, Statuto prohibuerant neminem posse medicinam arte exercere, nisi licentiam fuisset à Collegio artistarum consecutus. Quod etsi sanctissimum sit, incuria tamen aliquorum adeo obsoleuit, quod et fabri, et tonsores omnes, ac institores, ac omnium mechanicarum artifices, vno tantum etiam male intellecto remedio in omnibus ægritudinibus ac ægrotis vtentes proprijs derelictis artibus ad Medicinam se conuertunt. Quod auferre volentes, Statutum ipsum ad vnguem obseruandum esse decernimus, Rectoremque quemlibet nostrum, post assumptionem capucei per x dies obligatum esse volumus, requirere Magnificos vrbis præsides, ac omnium locorum Patauini agri Prætores, ac Officiales reliquos iuxta Statutum, qui authoritate sua Statutum illud publice publicari faciant in locis solitis ipsumque inuiolabiliter obseruari iubeant. Rectorque noster prædicta non exequens poenam librar. 50 incurrat partiendam pro dimidia Vniuersitati, pro reliqua dimidia accusatori.

Ex eisdem Stat: lib. 3. cap. 35. Titulus. Quod nullus audeat contra Statuta quicquam opponere.

Ad maiorem Statutorum, et Priuilegiorum Vniuersitatis firmitatem statuimus. quod nulli penitus liceat quicquam contra ea opponere, vel arengare, ordinare, vel statuere, et si quicquam in præiudicium horum, vel eius impugnans decretum, vel obtentum fuerit, nullam penitus habeat firmitatem.

Ibidem cap. 37. Titulus. De turbatoribus studii

Ordinamus ad Studii et Vniuersitatis quietem, et contumaciam, insolentiam, et superbiam comprimendam. quod quicunque fuerit turbator studii etiam Vniuersitatis opponendo se ei quod confirmatum, et decretum esset per Rectorem et maiorem partem Vniuersitatis siue aperte, siue occulte, dummodo constet per probationes euidentes, vel præsumptiones per Rectorem et consiliarios approbandas, si fuerit Doctor, à salariis, et omnibus Vniuersitatis commodis repellatur: nunquam de cætero ad dictum studium admittendus. Si fuerit Scholaris, periurus, et priuatus per scholas publicetur.

Ex eisdem Statutis lib. 1. cap. 26. Titulus. Quando Rector suspectus habetur.

Sub iudice suspecto litigare perguaue semper est habitum. Quare vt omnes debitam iustitiam consequantur, statuimus, quod si contingat aliquem litigantium coram Rectore ex aliqua causa eum suspectum habere, vt pars allegans Rectorem suspectum prius iuramento suscepto, quod non malignandi causa, aut protelandi iudicium rectorem suspectum allegat, protestetur coram Notario, deponatque pignus lib. x. apud Bidellum generalem, quarum medietas applicetur Rectori, Medietas Vniuersitati. Si vero probauerit causas suspitionis

onis, vel si per Arbitros eligendos, ut infra continetur, causas suspicionis iniustas ēē compertum sit. Quibus omnibus per Notarium in scriptis redactis, pars allegans Rectorem suspectum eligat scholarem unum de Universitate nostra quem voluerit, et Rector alium, et Consiliarii tertium. qui habito iuramento de iustitia ministranda super causas suspicionis cognoscant, et definiant prout eis videbitur. et si à tribus, vel duobus eorum causa suspicionis non approbata fuerint, tunc negotium principale Rectori dimittant de causa litigantium cognituro. Si vero suspicionem iustam esse iudicatum fuerit, tunc ipsi arbitri in causa principali procedant, et definiant nec ab eorum sententia appellari possit, sed eandem executionem habeat, ac si ipse Rector et Consiliarii sententiam protulissent.

Notæ memorabilium Academiæ Cracouiensis. Ex Summario Constitutionum Vniuersitatis Studii Crac: 1441 sub Rectoratu Miechouitæ desumptæ.

10

Reformatio Vniuersitatis Crac: fuit in Rectoratu 3° M. Jacobi Paricsii 1441. ex lib. Conclusionum.
Alia reformaō in Rectoratu Martini ab Ilcus Anno 1535. fol. 70
Tertia reformaō An: 1548, in Rectoratu Nicolai Sadek cum Deputatis Samuelis Macieiowski fol. 185.
Quinta 1604 Quarta, in Priuatis scholis. 1588. fol. 136. Dobrzyński
Iuris Canonici lectores quales eē dant. fol. 5. Constit:
Ne lectiones impediantur cautelæ. fol. 6. Constitutiou.
Appellaō à monitione Rectoris n̄ admissa. ibidem
Appellaō ad futurū Rectorem. f. 117
N3 Rector fecit Conuocationem Præpositi Maioris domus. fol. 12
Regalista quomoō admissus ad alteriorem promotionem. f. 6. 8. 61.
Rector Vniuersitatis in Curiam citatus expensis Vniuersitatis defensus. f. 7
Vicerector Conuocationem fecit, in qua Rectori licentiam absentandi concedit. f. 8
Bursam Iurisperitorum pro vnā vice Vniuersitas reparauit in ædificiis ex fisco. f. 7
Szitsbinā damna quis resarciat. f. 7
Ad Priuandum Collegiatu processus. f. 8. 39. 116. 125. 127.
Facultas absentiæ data per Rectorem et Vn̄tatem cū absolutione à laborib. 8. 9. 10. 11. 14.
Facultas fauorabilis f. 35. 25. 33. 79. 88. 95.
Iura Academiæ reuidenda, defectus Regi p̄sentandi. f. 136.
Theologi n̄ p̄mittunt Vn̄tem disponere de sua Facultate. f. 8. 39. N3
Rector Vniuersitatis Licenciatus. f. 4.
In Bursa Vngarorū lebejant iura. f. 8.
N3 Præsentatio sub priuato sigillo quantas turbas dederit, et ne hoc fiat pœna. f. 116. 117.
Rebellio punita. 9. 10. 42. 77.
Studiosorum 96. 119
Licenciatura in Iure, Minori Collegiō p̄missa sub conditionib. f. 35.
N3 M. Magdalenæ tecta ædificare et tenetur Vniuersitas. f. 11.
Compositio ex Controuersiis Hebaniis & Bemikowski: f. 134. 141.

Absens Professor ab Academia sine Vniuersitatis consensu salario priuatus. f. 12
Ordinarii Medicinæ Electores. 88. 118. M N3
Ordinarii Lectoris in Iure Can: electio ad quos p̄tinet. 13
Electio quo tp̄e. 59
Ordinariis Theologorū Maiori Collegio donata. 106
Pestis tp̄e deliberaō de studiis. f. 15. 36. 88.
Promotionem impediunt Doctor offensus & Magros f. 2 N3
Proscriptionis forma. f. 4.
Bursam Vngarorū Germani prius inhabitabant. f. 15
Lectiones et promotiones in exercebant oīum facultatum. f. 8. 10
Domuncula penes Bur. Vngarorū à quo et qñ ædificata. fol. 17.
Respondendi pro loco in diuersis gradib. conditiōes. 18
Medici responsio pro loco. f. 79. 96. 114. 115. 134. 141. 170. M
Medicorū Collegio Vniuersitas prouidet. fol. 5. M N3
Bursarum statuta. 103
Salarium Rectoris. 107
Portio Seniorū in Bursa Ierusal. f. 95
Notarius Vniuersitatis et salariū eius. 32. 126. 132
Collegii Minoris recessio. fol. 101
Bursarum et Statutorū declaratio. f. 103
Decanatus Medicorum Annuus. f. 23. 34.
Examina pestis initiis. 29. M
Ecclesia. S. Aegidii. 135. 136. 146. 149
Facultas absentiæ data p Rectorem tantum. f. 15
Per Vniuersitatem facultate Theologorū. Capitul. S: Florian: f. 25 N3
Facultas absentiæ p Vniuersitatem. 118. 128. 129.
Suspecto de discessu ab Vniuersitate communitas iēni Collegii Præsentationē ad altare n̄ dedit. 124. 125
Absentium reuocatio. 19. 76. 91.
Conuocaō Magrorū in domo dn̄ni minoris. f. 11.
In Pauperum Bursa senioris electio. 112
In actibus Ordinariis resumptiones nullæ. f. 19
Pœna in resumentes. f. 21. 70.
Iurisperitorū decanatus. f. 106
Hospitia apud ciues prohibita. 20
Bursæ Iurisconsultorum senioris ascensus ad Collegiaturam. 20. 26. 98. 175. 176.

NB Canonici Crac. D. Iurisprudentiae domus reparantur sumptib. Universitatis. f. 62 Reparavit eam propriis sumptib. PM D. Adam Roscieuski Can: Crac: 1674

NB Canonici Cracou: et Seniores Patres non sunt liberi a lectionib. per Statuti Joan. Alberti f. 77

Negligentia Academicor. 77.

m De Decanatu in Medicina controversia. 76

Altarista omn. SS. in Cathedrali Ecclesia quomodo cogebat ad residentiam. 76. 79. 84. 95.

Calcographi iurisdictionis Rectoris. 76. m

Ratio errones repetenda coram deputatis. 80

m Medici Doctores sunt Rectores Universitatis toto fere triennio. fol. 39.

Canonici S. Annae non debent distrahi Ecclesiasticis Officiis a laborib. Universitatis. 67.

Arma non deferenda, et vestitus iuxta Statuta deferend. 124

NB Tenere et pie facultate postulata discedenti Romam ab Universitate facultas postea petita non concessa. 68.

Praepositus S. Annae tenetur dare Capitulo incundi ingressus 3 Marcas. f. 88.

m Ex Bursa Ungaror. alienati Ungari quomodo ipsa aspirabantur. 69. 70.

Victorinus de Melestin Religiosus Frm Minor. de Observantia Quartam partem domus in platea Fratr. Universitati donavit. 69.

Domuncula penes B: Ungaror. Doctori vel Magro potius locanda. 69

Patres Seniores, infirmi, et debiles, tenentur legere per alium. 78.

Ad Canonicatum Przemysliensem minus laborans, magis laboranti praelatus. 70.

Negligentias Decanus artium, Rectori ter praesentare tenetur. fol. 70

Praeceptores Privatos studiosi omnes habeant. 70.

Incorporatio Magri Parisiensis Universitatis 73
Coloniensis 129

Prandii Aristotelici redemptio. 119. 132
Theologici. 131.

Decani negligentis poena. f. 77.

Dissipatio Academiae. 127.

Contra Calcographos Minutiar. Astrologias agit. 131

Medicae Facultati debetur Census ex Szebrus et Slupice a duobus millibus Florenor. a quibus debebat annuatim floreni 171 gr. 12 per Arendatores bonorum. Summa capitalis pro qua scripta sunt bona est 35000

Poena in evocantem ad forum alienum spreto Rectore, consiliariis. 103

Item Zawacki Martinus cognomento Picus examini praesidet Iuristarum, et dat Licentiam tanquam Procancellarius. Anno. 1576 et 1538. fol. 84 Item 1570.

Pictor Martinus et Zawacki Picus 1589 prout ex eius cone constat quam penes me habeo

Idem de Schoneo. fol. 99.

Gregorius Samotulius Vicarius perpetuus Ecclesiae Cathedral. Crac. in baccalaureum Iuris promotus Anno. 1512 Mai 13.

Martinus de Cracovia Senior Scholae B.M.V. in Doctorem Iuris promotus A. 1534 Decemb. 16. f. 58 item fol. 73

m Paulus Szerbic primus in Lectionis doctor creatus. 1508. m Paulus Szczerbic

Poena 10 Marcar. contra omnes, qui spreta Rectorum Iurisdictione aliena tribunalia conveniunt. f. 113. Anno. 1546 et Anno 1547 fol. 116.

Promotiones extraordinariae in Philosophia: 164

Vide in formulario de Promotionib. Extraordinariis.

NB In Rectoratu Sanok Pinkowio et Chędinensi barba prohibita A: 1545 fol. 38

m A Serenissimo Rege nostro vocatus Medicus, vel ab Episcopo a lectione liber habetur. habetur hoc in Statutis Medicorum Statutis Universitatis insertis. fol. 28.

m In Medicum non nisi M. artium promoveatur. 29

Alibi promotus, priusquam recipiatur prius iuret Statuta servare, bursas solvere. 22

NB Ne Conclusiones Universitatis prius in librum Conclusionum inscribantur antequam fuerint per Universitatem auscultatae. in lib. Concl. fol. 182

Medicae Facultati debetur Census ex Nasiechowice annui 80 floren: a principali summa 1000 florenor. quam famulus medica ad coemendam illam villam contulit, et huiusque per annos 33 circiter per solutus non est, proindeque repetendus ab Universitate. habetur inscriptio in lib. Conclus. Universitat: fol. 133. ad A. 1653

Collecta autem fuit haec pecunia ex Censib. Professores Medicae facultatis concernentib. in defectu eorundem per tempus notabile. Cuius rei nota habetur in eodem lib. Conclus. fol. 31 Anno Dni 16 Ubi recognoscit Rector, a Procuratore Universitatis: collectos eiusmodi census Marcar. 330. et insuper fl. 140. ad augendum censum Professorib. Medicae facultatis, locandos.

Observationes è Conclusionibus excerptæ

[redacted]

Proscriptus ob Appellationem iniuriose scriptam 4. 10

Loci assignatio inter Doctores. 5. 14

Conuentus Dominicanorum incorporatus Uniu^ti - ibid. 16

NB Lector Iuris ordinarius è percipiens. ibid. 18

Deputati q nõie Universitatis causam agant. 6. 24

Responsio pro loco inter Theologos iuxta consues Universitatis Crac: 30

NB Prohibitio Cardinal. Feder ne Professores eant in Italiam causa Promotionis 29

Licentia ad limina S: Petri. 29

Senioris Bursæ Iuristarum labores. 20

Insolentiæ Studiosorum obuiar. 22

NB Canalis coquinæ B. Iuristar. 23

Praxis externorum Medicorum. ibid.

NB Qu R. D. Ioan. Speron: ht causam similem. — Electioni Uniu^tis ad Plebanatum Luboviciensem opposuit se in termino fr̃ide Ioan: d Wodzislaw et obtinuit Plebanatum per Decretū Episcopi ibid. ratione senii vicit A: 1492. eodem Anno Maius Collegium conflagratū.

1492. NB

Notarius ab Uniu^te eligendus. 25

Doctor per Doctorem substitutū legat. 26

Præp. S. Nicolai duos actus facere tenetur. 27

Senior Bursæ Ierusalē ab Uniu^te eligitur. 28

Senior p Rectorem installatus absente Promotore. 29

Manualis dr̃ eā senior B. Ierusalem.

Reuocatio Professoris ex cura Regis. 30

NB in Eccla ... pmissimus ne liceat. vide retro — Promotio in Ecclesia prohibetur. 31

Mandatū pro gl. faciendū. 35

Episcopus Cracou: salutandus. ib.

Vocaões ad Maius Collegium et minus Maiorib. Collegis debentur. 36 — Fidē hoc non facit. qa à Collega maiori scriptum.

Medici videant q praxim exercere volunt. 38

Prandia pro promotionib. suspensa pro gl. 20 flor: dabant. 39

ε Deputaõ DDm de scandalis subortis ad Episcopū. 40 Anno. 1513. Iulii

ε Contumelia Rectori illata p Episcopum. 41

Contributio Promissa p modum piī subsidii ab Universitate, idq sub conditione. 46

Correctio Calendarii. ibid.

NB

Ioannis Epi durū responsū Universitati datū. Dum ducar ad patibulum. ibid ε

Capitulū in caā interdicti Universitatem vocat.

Occasione praxis in Medicina caā coram Commissario Apostolico. 47 NB

Beneficia actu laborantib. conferenda. 48

Electio Rectoris absentis. ib.

Loci prioritas datr sm responsioem. 49 NB

Monitoriū ab Epo cont n̄ residentes. 50 ε

Hortulus Canonistarū communis. 51 Hic hortulus NB
A. D. 1654 puteo p D^lem D. Adam. Roscievic adornatus. et porta donatus

Taxa promouendorum. 39. 54

Responsio pro loco inter Theologos. qual.

Iuramentum Medicorū. 58

Campanā S. M. Magd. olim pro lectionib. pulsabat. 59

Area pro lignis in littore Vistulæ. 66

Erectio Ecclēæ Collegiatæ S. Annæ. 67

Ad electioem n̄ ptinent nisi Actu laborantes. 68 NB

Procurator. Syndicq. Universitatis 69

Statuta Medicorum. ibid.

Reformatio Artisticæ facultatis. 70

Dispensaõ cū promouendis raro fiat. 71

Interdicti pœna contra Proconsul. propter tecta sup Cellaria disiecta p lictores. 71. 72.

Rex Protector Academiæ. 72

Præsentati à singulis in Uniu^te quomõo puniuntur sed hæc Conclusio in discordia. 117

Petrus Myszkowski C. C. de altari in Eccla S: Nicolai ab Universitate prouisus. 88

Modus legendi Regalib. Professorib. Præscriptus. 91. 92.

Tpē Samuelis Maciejowski ad altare SS. O. perum grati præsentabantur. unde vituperiū Acad. sequbat. 94.

Controuersia inter Sacranum et Obiecino Occasione altaris SS. Omnium. 33

Dabrowski altarista O. SS. ad explendū Offm Canonice citatur. 84

Electio Præpositi S. Nicol. n̄ seruato senio. 145
sic ē electq in Rectorem Pilznensis Mart. Radomski. A. 1573

Libertas Academiæ adinstar Parisiensis et Paduanæ 1529
p Tomicki concessa fol. 16. 58. 59 ε

Professores approbati in Universitate Cracouiensi vbiq legere possunt. absq vllo examine Urb. 5 f. 12

Rector Universitatis Crac: librorū reuisor. fol. 53

NB

Vide

Summarium Actorum Rectoralium Anni Dni. 1580

12

Canonica purgatio Loderi facit occasione aborsus inculpati. fol. 1.
Testamentum Annae inglinae celavit Bursa Plorsorum. 2
Dordit Pauperum 3
Electores Rectoris quo puniti qui absentem tribus mensibus ab Academia elegerunt. 5
Custodes thesauri Iurisperitorum 7. 10
Processus contra studentes carcerem Casimiriensem efractores. 8
Evangelicorum contra Scholares querela. 9.
Obligatio ad degradandum per licentiam facta. 9
Poena contra gestantes arma. 10
Furti accusati civiliter studiosi. 11
Iurisperitorum Collegium concernentia. 11
Thesauri asservationem Iurisperiti ad maius Collegium transferunt. ibid.
Res studiosi rebellis seriatae. 13
Clausula in Proscriptione de reponendo Proscripto in statu eo in quo ante fuit. 14. 15
Praerogativa Seniorum Bursae Ierusalem in promotionibus. 15
Forma sententiae per Rectorem in causa homicidii facti per Scholares. 17
Iudaeus pro iniuriosis verbis carcerem in Collegio subiit 19
Privatio assensus ob feminas suspect. 24
Privatio Seniorum B. Ierusalem. ib.
Causa super furum eliberatione, et carcerum fractione. 27
Citatio ad Proscribendum. 30
Publicatio decreti Proscriptionis. ibid
Districtio gladii in communitate poena. 32
Testimonium intitulationis studiosi 37
Forma deprecationis. 38
Clericatura Trzstnowicensis. ibid
Evangelicorum querella. 40
Rex decretum Rectoris approbat. 41
Regis verba de Evangelicis
Vos privatas offensas convertitis in publicas, et eas vos publicas defendi a Magistratibus cupitis. Catholici vero nihil horum faciant quod sunt filii pacis, et a quibus nihil Evangelicis est pertimescendum.
Mandati Rectoralis violator. 44
Medici pro domo lapidea e regione B. Pauperum cum Collegio maiori litigant. 64

Non incorporato Medico domus data 64
Remissionis decretum in causa criminali ad Regem. 81
Pro Grammatica Collegium minus litigat contra maius 81
Bedelli pro salario contra studiosos litigant. 85
Privationes Magistrorum 86
Thesaurus inventus in Collegio Maiori A. 1403 feria 4 post conductum Paschae. acceptus fuit a Cardinali Federico. qui de domo Maioris Collegii anulos 90 cum preciosis lapidibus, et 14 monstrantiam portione auri et torque cum Saphiris de thesauro in domo reperto acceperat. promittens solvere vel reddere, quae omnia valebant 2000 florenorum Cardinalis vero tamen dederat 50 marcas 1403
Anno. 1578. Mart. 5 Petrus Posnanien: Med. Doctor domum pro Medico in platea Wisłna emit, qui pauperes Cracoviam venientes, et in suburbiis gratis curaret quam obligationem in manibus Provisoris iurare debet. Aedificia domus quae uno floreno reparari poterit reficiendo. Maiores vero ruinas provisor tenetur refitere. NB Petrus Posnaniensis
Item Censum 33 flor. emit pro pharmacis pauperibus dandis. in lib. in 4to Provisoris domus Medici. fol. 11. NB
In defectu iusti regiminis huius domus per Medicum, Rector habet iurisdictionem in inglinos.
Communitas maioris domus confert utramque fundationem, quam Universitas acceptavit ordinationem
Provisor domus huius debet eligi S. T. Doctor per Communitatem Maioris collegii. NB
In defectu Medici Cirurgus dari debet tam diu donec medicus haberi possit et non alias
Anno. 1583 Novemb. 14. Executores eiusdem Doctoris Petri Posnaniensis. fundaverunt alterum Medicum pro Pauperibus curandis ex quo unus suscipere non potest Censu 44 flor. pro Medico empto. pro Pharmacis vero 52 flor. in eodem lib. fol. 64. Extractum ex scitis Stan. Manecki. anno quo supra. habetur utraque fundatio in lib. Provisoris domus Medici in Collegio maiori asservari solito NB
De collatione ad Plenum facienda cum Statutis in libro statutorum Collegii Maioris fol. 19. Statut. in ordine 35
Rex eximit Doctores et totam Universitatem a iurisdictione omnium Regni Poloniae Iudicum Palatinorum etc. fol. 10 in lib. Privilegiorum Universit. NB
Consul. Cracoviensis, Scabini, Privilegio proprio obligant

dant e Universitati et suo Pontifici de libertatib.
Universitatis manutenendis, iuxta morem Parisiensis
Bononien. et Paduani Studii fol. 16. Hoc ipsum
Privilegium habetur in Codice Privilegiorum Civitatis
Cracoviensis, cū Pectorio [illegible] solito fol. 57 sub Anno Dni 1364.
Ab Instantiam Universitatis Processus rigidus
contra Medicinam facientes extraneos Doctores, absq. consensu facultatis Medicae. Anno 1512 April. die 18
sub Ilkusz. Offli Cracoviensi. habetur in Actis Cōsistorii.
Executores Petri Poznanien. Medicinae Doctoris, dederunt. Mille floren. na Wyderkaff. Religioso
Andreae Brzyszowa Abbati Tinecen: totiq. Conventui
sup. Villa Lapczica, cū reliquis villis, ad pdunū pnominatae villae antiquitus spectan. et circa civitatē
Bochnen: consisten. Pro fundando doctore Medicinae
q. gratis pauperibus ęgris medeatur, et in Universitate
Crac. in facult. Medica publice profiteatur. flor. 40 integri
Item Ducentos floren. Praeposito S. Spus Nobili et Relig.
Mattheo Regiomontano sup. villis Wronin et Wronikek
circa oppidum Prosevice flor. 8. Anno D. 1581. post
fest. S. Michael. in Actis Terrestrib. Cracov: Lectiones
autem has legere tenebitur. Isagogen cuiusvis autoris p Medic. facult. approband. Antidotariū seu
Dispensatorium Mesue vel cuiuspiam alterius authoris
in pmis. Prognostica Hippoc: . 4 Fen de vulnerib.
5 Fen de Luxationib. et fracturis Avicenn. de Tumorib. Galeni. de Pulsib. compendiū. Item tenebitur
idē Professor 40 flor. huius salarii. Singulis commutationib. Disputaoem in eiusdem facultatis maā notabiliori adeptā pferū et morbos recenter emersos accomodata, methodo et ordine medico, instituere, et
expedire, ac ab aliis medicis oppugnari.
Causae amotionis Doctoris. 1 Si desciverit a fide Catholica.
Si in curandis pauperib. negligens fuerit, aut n. gratis
curaverit. Si supra duos menses simul, vel interpolatis
dieb. Cracovia absens, absq. permissiōe Provisoris fuerit.
nec alium in suo loco reliquerit (pestis tpe excepto, quo
abesse poterit, donec lues cessaverit pestifera) Quae se
facturum Sacramento iuridico coram Provisore firmabit.
Sanctus fundavit Anatomicū et Semplicistam.
Ordinarium Profess. Medicinae fundavit Universitas
in salinis Bochnensib: Procurator Univer. solvit salariū
Privilegia Bursae Hierusalem, Pauperum et Philosophorum, habentur in Archivio Universitatis Cistala XVI
A. D. 1661 die 29 Dec: incarceratus fuit D. Remigius
Suszicki S. Aulae Apost. notarius et Civis Casimiriensis
Mri Andr. Trzebicki [illegible] I. A. I qd susceperit Protestaoem in caa
Excell. Magistri Dimowski c [illegible] proscripti

eiꝰ quærendam providentes ne ullus ab alio dissideat. Statuimus nullo contradicente, ut omnes qui sic vocati fuerint in unum principaliorem consurgant prudentiorẽ, solertiorem, ac magis sollicitum existentem, et ab ægroto magis affectatum, in quo spem omnem posuerit. Cuius imperio, regimine, ordinet omne sive conservatiuum, sive curatiuum.

12 Item de consensu omnium facultatis Doctorum. Statuimus ut omnis Protomedicus sit adstrictus ad libenter percipiendum discipulorum vel æqualium sibi, mutua eis beneficia concedens tanq sibi ipsi: neq verecundetur quicquam illis conferri. Similiter et illi volentes apud illum apparere non sibi detrahant, sed concedant oĩa, q videntur rationabilia, qd si dubitauerint unanimiter inquirant. De D.ⁱˢ publ.

13 Item statuimus et firmamus. ut nullus amore peruertatur, aut odio, quod multoties veritatem permutant, ad infringendum aliquod Statutorum, sub Excommunicationis pœna. Quod si quis attentare præsumpserit, ipsum eo facto pœnam præfatam incidisse firmiter credimus, et declaramus.

De Iuramento electi Rectoris. fol. 3 Statutorũ Universitatis.

Item eodem die statutũ ẽ ut antiquus Rector in recomendatione noui Rectoris priusq idem Nouus Dñus Rector cathedram ascenderit proponat sibi ea sup quib. iurare debet dicendo. Domine Rector Vos iurabitis tenere statuta vos concernentia, et manutenere statuta quæ per Universitatem sunt facta, et fienda. Item iurabitis qd ad labores oĩum Doctorum et Magistrorum ad labores scholasticos obligatorũ diligenter attendetis, et negligentes in huiusmodi laborib. secundũ vim et continentiam Statutorũ et Priuilegiorum condigne punietis. Item iurabitis qd fideliter velitis laborare pro bono Universitatis. Item qd velitis pecuniã Universitatis pro bono Universitatis fideliter dispensare. Quib. propositis idem antiquus Rector dicat nouo Rectori. Domine Rector dicat. Iuro. Quib. propositis idem atiquus Rector præsentet ea q sunt Universitatis. et dicat. Hic pͤsento vobis Annulum aureum, Sigilla Universitatis, Matriculam, Librum Statutorũ. alia autem q vobis tradere debeo, postea vobis tradentur.

De Electione Collegiatorum oĩum facultatum. antiq. fol. 8. ibidẽ.

Cum electorũ intentio versari debeat ut eligant meliorem placuit omnib. qd vacante Collegiatum vel alio Beneficio ad collationem seu pͤsentatioẽm Magistrorũ spectante statim in seqnti die si commode fieri possit electio fiat vel quantotius fieri poterit, tali mõo qd Magri ad quos ptinet electio p conuocatoẽm congregati inuocatoẽ Spũs S. præhabita eligere debebunt bona fide et pura conscĩa psonam idoneam vitã et morib. commendabilem, onera et labores Collegii suferre valentem, n curando an sit indigena vel forensis. Talis autem electio fieri poterit p cedulas aut p voces iuxta qd Magri eligentes tunc arbitrabuntur. Si vero talis electio eis placuit p cedulas fieri, tunc talis modus ẽ obseruandus. Qd quilibet Magrorũ scribat in cedula nomen illius qm sic ut pmissum ẽ bona fide eligat, et tunc tales cedulæ p duos de Communitẽ electos collegi dñr, et ex illis cedulis comportatis et diligenr conspectis fideliter et in bona conscientia pronunciare dñt sic electum, ex pluralitate votorũ in cedulis concurrentiũ, et tales cedulas ac vota in eis contenta sub sigillo secreti, et sine manifestatione tenere sub pœna præstiti iuramenti obligabuntur. Cedulas etiam ne occulta p eas prodantur, aut euolent, p ignem aut distractionem

Dẽ habi in Statut. Maioris Coll. f. 15

distractionem consumi caute tenebuntur. Insup si in tali electione vocum vel scriptorum paritas occurrerit, electio ad unam horam vel ad aliud tpus n notabiliter longum iuxta arbitriu Magror, totiens quotiens fuerit oportunu, tam diu donec plures magistri vel maior eor pars in una psona sic ut pmissum e idonea direxerint vota sua, differatur. Si autem Praepositus in praemisso Statuto negligentiam comiserit, ex tunc poenam unius floreni se noverit incursurum.

NB

De plus laborantib. novum ibid fol. 8.

De Electione ad Offa et Beneficia.

Statuimus interea quod Electores secundu formam statuti immediate pcedentis primum respectum habeant ad illum eligendum qui plus et diligentius in facultate artiu laboravit. Ita quod sine magna et urgenti ratione et caa, minus laborante magis laboranti non praeponant, alioqui electio per ipsos facta poterit per Universitatem retractari.

Quod Collegiatus n sit Rector Scholae Particularis. apt. ibid

Statuimus et ordinamus ut de caetero nullus Collegiatus Magr debeat esse Rector Particularium Scholar. quodq Rector Scholaru huiusmodi in Collegiatu n aliter debeat recipi, nisi scholas easdem dimittat et resignet cum effectu. Quod si facere noluerit, de ipso electio si quae facta fuerit, prorsus irrita habeatur.

II.

Declaratio clausulae de Prioritate et labore. ibid. fol. 20

Unde ad pcludenda viam litib. declarando illam clausulam Privilegii et ordinationis Beneficior Universitati incorporator. in qua dr, hoc adiecto, qd q prior fuerit et magis laboraverit etc. pronunciamus, decernimus et declaramus, quod dicta clausula intelligi debeat de laborib. in illa facultate cui beneficium huiusmodi e incorporatum aut ascriptum. Quod in assecutione pbendae in Ecclia Cracovien pro Theologo incorporatae de caetero n praeferatur Magistro actu laboranti Licenciatus aut alius inferior, nec licenciato Baccalaureus formatus seu alius inferior, sed qntum in huiusmodi promocione et ascensu servetur ille modus q de facultate sanonica et de pbenda eidem ascripta e expressus in eodem Privilegio. Sic tn qd huiusmodi Magr, aut Licenciatus ad pdictam pbenda aspirans ipsamq quomodolibet de proximo vacatura considerans ad labore huiusmoi fraudulenter modo n incipiat, q alias postetenus laborare minime curavit, in quo casu ratio laborum suorum merito veniet considerandis pro Beneficio huiusmodi, dum vacaverit, assequendo. Si vo in ptendo praedicto Beneficio duo Magri aut plures Theologicae facultatis simul concurrerint, his in huiusmodi eorum Beneficio pferatur qui senior ibide fuerit et amplius in Theologica facultate et dicto gradu Magisterii laboraverit.

De Beneficiis.

De laborib. Medicinae facultatis. ibid. fol. 28

Statuimus ut qmadmodu lectores aliar facultatu salariati p Universitate tenent lectiones suas suis tpibus facere. Ordinarius lector Medic: facultatis adstrictus sit ad legendu singulis dieb. legibilib. in sua facultate. Et si in lectionib. huiusmodi negligens fuerit pro singulis lectionib. puniatur in iij gros. de salario suo defalcandis. Salvo nisi eu extra locu vocari contingeret, p Dnum Regem, aut D. Epum, seu aliqm ex Doctorib. pro cura eisde impendenda.

ibid fol. 29

Item conceptu e pro avisamento ut Dnus Ordinarius ordinet et inhibeat ne quis Universitati n incorporatus audeat practicare in Medicinis in hac civitate. Sup quo Rector Universitatis cum aliis Doctorib. ipsum dne avisare et petere.

Statutum Krokerianum ex Statutis Collegii Maioris perscriptum. fol. 25

In Rectoratu primo R^di ac egregii Viri D^ni Martini Krokier à Cracovia Phil. ac Iurisprud. Doctoris Canon. Eccles. Cathedral. Luceorien. et Commutatione Hyemali Anno D^ni 1558 Conclusio contra domesticas Professorum controversias per totam Universitatem noviter sancita atque decreta.

Quicunque raptus in quosvis affectus facile efferuescit, vt quid deceat ipse non videat, alios recte instituere haudquaquam p^t. Turpe enim è doctori cu culpa redarguit ipsum. Proinde Nos Martinus Kroker à Cracovia Phil. et Iurispr. Doctor Can. Eccles. Cathedral. Luceorien. ac Rector General. Universit. Crac. cum seniorib. Patrib. Decanis, ac Consiliariis legitime s^m consuetudinem p schedam A. D^ni 1558 die 22 Decembr. convocatis, ad occurrendum quibusdam gravib. et variis scandalosisque controversiis inter Professores publicos Maioris Collegii exortis quas magno cum dolore audivimus, et ex vtraque discordantium parte eo quo processerant ordine sunt coram nobis expositae et ad consulendum quomodo illi et eorum similes quietius et animo tranquilliore suis ad quae vocati sunt munerib. redeant. Statuimus et ordinamus ac perpetuo observandum decrevimus Vt si quis Professorum Doctorum atque Magistrorum in quocunque Collegio inhabitantium audeat contra alium verbis irrisoriis nationes confundendo, vel cognomina imponendo nobilitatemve ad detrahendum plebeius opponendo, cognominationib. itidem scandalosis famam laesuris, aut quovis modo pungitivis insurgere auderet poenam vnius sexagenae pro Communitate, et publicae deprecationis toties luat, quot personis huiusmodi fuerit iniuria illata.

Si quis autem in communitate quovis tempore inter Magistros publice vel privatim congregatos armatus ipse venerit, aut alios cuiusvis conditionis subordinaverit (excepta pyxide seu bombarda propter quam simpliciter excludendus erit. Item. Si in alium manib. violentis aut quovis genere ictus, vel armorum impetum fecerit, nec tamen eundem verberaverit supradictae poenae in omnib. suis punctis irremissibiliter subiaceat. Quicunque vero aliquem crinib. vel barba traxerit, aut quocunque modo vellicaverit, faciem, aut alia membra corporis laceraverit, et ita verberaverit quod nulla cruenta apparuerit nota pro poena D^no Rectori qui interim fuerit irremissibiliter reponat 5 Marcas. et primo ascensu in beneficio legitime et immediate eum sequente careat, et factum publice in eadem Communitate deprecetur. Si autem. quod absit vulneraverit, parti laesae medicinam expediendo satisfaciat. Universitati vero poenam 10 Marcarum per D^m Rectorem qui interim fuerit exigendam, reponat. insuper duob. ascensib. in beneficiis eum immediate et legitime sequentib. privetur. Si autem talis fuerit aliquis qui nolit vel non possit ascendere in beneficia Universitatis, 15. Marcas ab eodem D. Rectore vt pro poena reponat Universitati cogatur, nec quicquam absque consensu totius Universitatis eidem remittatur. Siquid vero omnium praedictorum in privato loco, seu in habitatione alicuius, vel in habitatione factum fuerit. in medio singularum quae hic praescriptae sunt poenarum pro singulis excessibus quisque puniatur. Quodsi vero quis ita importunus et pertinax fuerit, vt poenam pro assignata sibi die et termino reponere, tam in Communitat-

ritate, quam apud Rectorem neglexerit, sub poena dupli ad alium sibi terminum praefixum reponere cogatur. Tandem secundu aliam assignaoem termini sub poena tripli. Si autē non reposuerit et ita contumax existat ut ne tantam quidem procrastinatioem curet, beneficio per eundem Dnm Rectorem obtenta apud Dm Loci Ordinarium Commissione, privetur: et destituatur, ac a consortio reliquorum, domoq ac emolumentis omnib. sine quovis favore excludatur, in locumq eius statim post unam hebdomadam a privatione elapsam alius vocetur sm consuetudinem acceptationeq beneficii possessione pacifica et iuxta immunitates Academiae quieta fruatur. Non obstantib. qbuis Statutis et Conclusionib. super huiusmodi controversiis aliquando decretis. Novis enim morbis nova remedia sunt adhibenda.

Anno Dni 1559 die vo 4 Mens. Janu: auscultatum, et inter statuta universitatis, nec non Statutis Maioris et Minoris Collegii adscribendum, per totam Universitatem, sm consuetudinem per scedam convocatam, nemine contradicente, decretu. atq ut ad mensas in principio Communitatum legatur, ne quis peccatum suum ignorantia excuset, sancitum.

In margine scriptu est alio charactere: In statutis Coll. maioris: Quid totam Universitatem qz Academia n. subiecta Epo quoad Exclusiones. Ista glossa nil valet.

Fragmentu Conclusiois ex consensu totius Universitatis A. 1619 die 6 Sept. fact: et p Magrm Matthiam Kwassniowski Kutlowien: in secunda Propositura codici legum Venerab. Commtis Collegii Maioris insertum.

Perscriptu ex iisde Statut. Collegii Maioris fol. 36

Ad evitandas factiones in vocatiōnib. ad maius et minus Collegium concursus fiat per noviter vocandos in disputatione, vel scriptione, ac declamatione; ad Disputatioem eiusmodi invitetur Rector. Seniores Patres et Collegiorū Communitates, sufficientiaq. scientia sive in Phia, sive in Oratoria facultate, Mathesi, Poesi, Linguis spectetur in vocando, n. vo excellentia. salvo nihilominus iure vocaois qd maiori domui, a primeva Universitatis plantaoe competit. De tpe vo Disputaois, Scriptiois, aut Declamaois faciendae, conclusum e, ut dieb. Canicularib. et Quadragesimalib. tu et alaris vacationum praedicta ingeniorum specimina edantur. qui autem ex noviter vocandis pdictis modis se non habilitaverit, Inhabilis declaretur.

Hec Conclusio praeiudicat Universitatis Iuri in vocandis. cu pro se a Collegii inscripta n. habet.

Item Deo Vocatione ad Collegium Iurisperitorum fieri placuit. videlicet ut Noviter Vocandi ad Collegium sufficientiam suam probent per publicam disputationem, in aliis oib. salvis Statutis Collegii et Conclusionib. Universitatis. Ex libris Conclusionu et Constitutioum Universit: Crac: extracta.

+

§ Ex lib. Privilegiorum. Privilegii Pro Canonicis Cathedralib. Crac: fundat. Vladisl. Regis.

Quarto ordinamus. Qd quicunq de cetero inter Doctores et Magistros cuiuscunq facultatis habens ab Universitate aliquot Beneficium vel salarium, scilicet ad maius et pinguius promotus fuerit, de minori beneficio vel salario propter consolationem aliorum cedere debebit. Unico eo adiecto, quod quicunq prior fuit et senior in universitate, et q plus laboravit antecedere dt alios in promotione, et Beneficiorum acceptatione.

N3 Ordinaco Alberti Epi sedis Aplicae delegati A. D. 1422 die 18 octob.

De loco et promotione et ... Ordinarii

Ibidem paulo infra.

Insuq propter multas desordinaoes evitandas, et ad obviandu ne quomodolibet per inordinatum regimen Universitas dividatur; ex offo nostro (tanquam ordinarius et Cancellarius) studii. Statuimus et Ordinamq qd Rector Universitati, qui pro tpe fuerit cum trib. decanis facultatum Theologie, Iuristarum, et Artistarum, heant regimen et Ordinaoem eiusdem Universitatis. Ita qd eorum dispositioni stetur, in oib. pmissis q fuerint expedienda, et etiam in aliis maiorib. sine qualibet contradictione, Verum si in comparatione personarum ex labore, ex valore vel ex merito circa promotionem beneficiandorum vel beneficiandi, aut circa alia qstio emerserit, q quatuor si fuerint dispares recurri debet ad Episcopum Cracoviensem pro tempore existentem

+ 4.5

4. Quidqᵈ autem vel pro qua parte gratificaverit Epus, cum parte maiori vel duab. illud sine omni contradictione servari debebit sub pœna Excõmunicaōis, et pœna

15 16

Fragmentum Conclusionis ex consensu totius Universitatis Anno Domini 1619 die sexta Septembris facta et per Magistrum Mathiam Kwasniewicz in Secunda Præpositura Codici Legum Venerabilis Communitatis Collegii Majoris insertum.

Ad evitandas factiones in Vocationibus ad Majus et Minus Collegium concursus fiat per noviter vocandos in disputatione vel scriptione, vel declamatione; ad disputationem ejusmodi invitetur Rector, Seniores Patres et Collegiorum Communitates. Sufficientiaq Scientiæ sive in Philosophica sive Oratoria Facultate, Mathesi, Poesi, linguis spectetur in vocando non vero excellentia. De tempore vero disputationis, scriptionis aut declamationis faciendæ conclusum est ut in diebus Canicularibus et Quadragesimalibus tum et aliarum vacationum prædicta ingeniorum specimina edantur. Qui autem ex noviter vocandis prædictis modis se non habilitaverit, inhabilis declaretur. Idem de Vocatione ad Collegium Jurisperitorum fieri placuit, videlicet, ut noviter vocandi ad Collegium sufficientiam suam probent per publicam disputationem, in aliis omnibus salvis Statutis Collegii et Conclusionibus Universitatis.

Ex Libri Constitutionum et Conclusionum Universitatis Cracoviensis extractum. in Collectione Statutorum et Privilegiorum variorum. manu Clmi olim Joannis Tonski Medicinæ Doctoris et Ilris Universitatis Crac. Rectoris adnotatum.

nitate, quam apud Rectorem neglexerit, sub pœna dupli ad alium sibi terminum præfixum reponere cogatur. Tandem secundũ aliam assignaõem termini sub poena tripli. Si autẽ

in margine scriptũ est alio charactere in statutis Collg. ma... quod totam Unive... ...atem qz Academi... n'e subiecta Epõ ... ad Exclusiones. ...m glossa nil vale...

Perscriptũ ex ... Statut. Collegij M... ioris fol. 36

...ec Conclusio ... iudicat Univ... ...atis hui in ... ...dis. cũ pro se ... Collegii scripta ... ...bet.

+

N3
Ordinaõ Alber... Epĩ sedis Apl... delegati A. D. 1... die 18 Octob.

De loc... et Annoro...

... Ordinari...

De Vocatione professoris ad Collegium Juridicum

Conclusio Universitatis de vocandis professoribus ad Collegia.

+44

~~it~~. Quidq̄ autem vel pro qua parte gratificaverit ~~fuerit~~ Epus, cum parte maiori vel duab. ytud sine omni contradictione servari ~~ordinamus~~ debebit sub pœna Excōmunicaōis, et pœna exclusionis

Statutum Contubernij Philosophorū De Electione Consiliariorū fol. 8.

16

Item Statuimus vt die eadem qua in Vniversitate electis D. Rectoris celebratur, Consiliarii domus passim ex nationib. pro tunc in domo existentibus eligantur qui cum Seniore causas in domo emergentes discutiendi habebunt potestatem. Sic vt si qs a Sententia Senioris iniuste ad provisorem appellaverit in 6 grossis puniatur. Si vero qs inordinarie dimisso immediato iudice domus videlicet Provisore ad Rectorem Vniversitatis appellaverit, puniatur in fertone. N3

De Pœna in Seniores negligentes atq Consiliarios.

Si negligentiores fuerint Seniores in istis omnib. et singulis observandis, q̄ in statutis illis pscribuntur, pœnam vnius floreni pro singulis negligentiarum vicib. irremissibiliter se reposituros certo sciant, quas quidem seniorum negligentias Consiliarii Bursarum Dno Rectori deferre dnt, sub pœna 15 grossorum.

Statutum de Consiliariis. ex lib. Statut: Burse Paup. fol. 40

Consiliarii, quemadmodum ad cætera officia peragenda immediate Seniorem sequi debent: vt Statuta canunt; ita quoq ad mensam omnib. studiosis sint priores. Salvo tamen Statuto de Magistris, Sacerdotib. et Baccalaureis, q oīum primi esse dn̄t.

Ex eodem lib. Sub ingressu in Bursam.

Nullus recipiatur qui n̄ sit aptus ad audiendum Publicas Lectiones, et alios publicos quosvis actus absoluendos, tales n. et ipsi parum emolumenti in contubernis capiunt, et Communitati magna incomōda adferunt. ad Iuramentum ꝑterea apud. D Rectorem n̄ sunt habiles.

Ibidem fol. 12

Nullus ebriosus toleretur in domo, neq suscipiatur.

Ibidem fol. 3.

Cum aliqs Senioris et Consiliariorum iudicio stare recusaverit sententiam repudiando, eo qd forte ei iustitia iuxta opinionem suam non sit administrata, suamq caūm ad Provisorem appellaverit, sex 4 gros. in iudicio, priusquam Provisor caūm tractandam appellantis susceperit, deponat.

De Professorib. et Medicis. tit 52. lib. 10. Codicis. l. 6

Medicos et maxime Archiatros vel ex Archiatris, Grammaticos, et Professores alios literarū et Doctores legum vna cum vxorib. et filiis, nec non et rebus quas in civitatib. suis possident ab oī functione et ab oīb. munerib vel civilib. vel publicis immunes eē ꝑcipimus, et neq in provinciis hospites recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi, vel exhiberi, vel iniuriā pati. vt si qui eos vexaverit pœna arbitrio iudicis plectatur. Mercedes etiam eis et salaria reddi iubemus, quo facilius liberalib. studiis et memoratis artib. multos instituant. Imperator Constantinus ad Volusianum. kalend. Augusti. Sirmio Crispo et Constantino Consulib.

Ibidem. Glossa

Iulianus Imperat. Onerib. Municipalibus Medicos liberavit.

Eodem titulo De Professorib. et Medic: l. 11. Gramaticos, Oratores, atq Philos. Præceptores, Medicos, etc frugi hac prærogativa prosequimur, vt nulla Municipali, nulla curialium convocatione vexentur. Sint ab omni functione omnibusq muneris. publicis immunes, nec eorum domus vbicunq positæ militem seu iudicem suscipiant hospitandum. Quæ oīa in filiis etiam eorū et coniugibus illibata ꝑcipimus custodiri. Imperator Honorius et Theodos. Monachis. Dati Constantinopoli Kal. Decembr. Constantio et Constante Consulib. † Qui in patria sua docet, aut Medicatur, immunitatē hēt. ff. lib. 27 tit. 1. l. 6 ... Videatur Schneidewin. § 15 Institut: d Excusatiōib. tutor. et curator. qd Doctores n̄ gaudeant Privilegiis

Hæc et .... civiles ... pta.

Immunitatem ... hēt.

Hæc autem et Professoribus † deferenda mandamus.

Interpretamur voluntatē Principis ex iure cōmuni. Glossa. ad l. 6 ff. d excusat. tut:

Principum beneficia latissime sunt interpretanda. l. penult. ff. de constit: Principum.

Conclusio Vniversitatis

Hus facit et illud. Ex Constitutioē Ferdinandi 2. Imperatoris. vt in Ecclesiam eiusq Personas (quales sunt Professores cum schola sit pars Ecclesiæ) nullus magistratus potestatem exactionis indicendæ habeat. Nulla potestas vel persona Publica vel priuata collectas siue exactiones, angarias vel parangarias Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut personis imponere, aut inuadere præsumat. Quod si fecerint et requisiti ab Ecclesia contempserint triplum refundant, et nihilominus banno Imperiali subiaceant. et paulo supra. Si similia attentauerint, ipso iure decernimus esse nulla, et ipsos sua Iurisdictione priuatos, et ipso iure infames, quorum sententias dictus alios illegitimos præsumimus aliquatenus non tenere. Bona eorum per totum imperium mandamus impune ab omnibus occupari. vide in Corpore iuris ciuil. constit. in fine Feudor.

Priuilegium fori trahit secum exemptionem à tributis. Paul. Laimann. Theol. Moral. lib. 4 tract. 9. cap. 7

Noua Constitutiō Friderici. data Apud Roncalias Anno Dñi 1158 Mense Nouembri. habetur in ☉ Iuris Ciuilis. lib 4 Codicis. tit. 13 Ne filius pro Patre. Summa constitutiōis huius ē. Vt oēs cā studiorum manentes Professores et studiosi, ibi, vbi exercentur studia, securè habitent. Glossa ordinaria interpretatur hoc vocabulum securè hoc est sint exempti, à vectigalibus, portoriis et aliis oneribus. Deinde. Vt non possint capi iure repressalium. vt forum sibi eligant pro libitu, vel apud suum Præceptorem, vel apud Rectorē, vel Epum. Et qui ad alium Iudicem eos traxerit, etiamsi cā iustissima fuerit, à tali conamine cadat.

De Priuilegiis Professorū et Studiosorum. vide Oldendorpium in Tract. de iure singulari cap. 10. Rebuffum lib. 3. de Priuilegiis Scholasticorum.

De præcedentia, et prioritate loci DD Doctorum Medicinæ. Ex lib. Stat. facul: Med. fol. 29. Anno Dñi 1619 die 21 Octob. Data est Conuocaō à Medicæ facultatis Decano D Christophoro Kaziman ad deliberandum et finaliter concludendum super præcedentia et prioritate loci D. Doctorum Facul. Medicæ, ad eligendū Decanum, accipiendas horas et lectiōnes. In qua Conuocaōe vnanimi consensu ab oīb. D Medicis determinatum est. Vt D Doctores Facultatis Medicæ iuxta Incorporatiōnem illorum Facultati Medicæ locum teneant. Cum enim viderent DD Doctores absurda multa posse oriri si incorporati de nouo Facultati, iuuenes Doctores prætextu Magisterii in artibus in Academ: Crac: obtenti, antecederent et excederent loco DD antiquos Medicos bene meritos de facultate et Vniuersitate. Statuerunt et concluserunt, vt deinceps Incorporati, et Incorporandi Facultati Medicæ iuxta prioritatem suæ Incorporationis locum in Facultate teneant. In eadem Conuocatiōe est electus Decanus Excellmus D. Ioannes Mitkowski iuxta ordinem suæ Incorporationis in Facultate Medica. acceptæ lectiōnes et horæ.

Forma Iuramenti per Doctorandum præstandi. Ex Statut. Facult. Medic. fol. 19.

Ego. N Iuro quod in omnibus licitis et honestis me conformabo Almæ matri Vniuersitati nostræ, nihilq aliud sapiam, docebo, et tenebo. quam quod sapit, docet, et tenet Vniuersitas nostra. Item quod omnes ~~DD~~ Doctores Vniuersitatis nostræ. et præsertim Medicæ facultatis honorabo, venerabor, et reuerebor, verbis, et factis; semper, et vbiq locorum.

De quatuor Lectorib. et eorum salariis in Iure. In Statutis Vniuersitatis fol. 24

Licet Scholares non habeant domicilium in loco studii, tamen adhuc gaudent Priuilegiis ciuium illius Ciuitatis in qua student. Ioannes de Platea et alii in l. Ciues Cod. C. de incolis. lib: 10

Haec statuta sunt scripta in Pergameno, cuius sunt chartae nº. 19

Ex Statutis Facultatis Artium excerpta.

Fol. 3 quae est prima in pergameno.

Anno Dni. 1404 In Decanatu Magistri Andreae de Mariemburg plena Magistrorum convocatione facta nullo contradicente conclusum fuit ut 4 Magistri eidem Decano coeligerentur qui Facultatis considerarent defectus, et pro incremento eiusdem aliquot statuta conciperent, et eidem facultati Artium promulgarent. Qui dicti Magistri ad Decanum suprascriptum, videlicet Magister Stanislaus de Scarbimiria Decretorum doctor. M. Albertus Mlodissewo. M. Erasmus de Nissa. M. Franciscus Cursnże de Brzegamon, modico tempore diligenter et exquisito consilio tractantes infrascriptos pro Statutis Articulos decreverunt. Lecta. auscultata. approbata.

17

8

Quod non liceat Appellare a Sententia Facultatis. fol. VIII

Appellatio prohibetur

Nulli Magistrorum, Baccalaureorum, aut studentium liceat appellare, a Definitione decisione, aut quavis alia determinatione per Facultatem facta sub poena unius sexagenae irremissibiliter persolvendae, et nihilominus conclusa, definita, decisa et determinata per Facultatem in robore suo stare debent firmiter, et tenere, appellatione temeraria non obstante.

Sequuntur Statuta de libro Universitatis tangentia Magistros laborantes in Artibus. fol. X

Poena non disputantium ordinatione nova. fol. 10

Item. Ut Actus huiusmodi Ordinariis disputationis accuratius et sine negligentia vigeat et continuetur. Ordinamus et statuimus. ut Magistri artium iuxta ipsorum ordinem et promotionem dictum actum faciant, et ordinarie disputent. Ita ut si quis eorum in ordine suo disputare ordinarie neglexerit, si Collegiatus fuerit, unum fertonem nomine poenae per Rectorem exigendae solvat. Si vero non Collegiatus fuerit, praeter promotionem ad gradus in facultatibus, ad Collegiaturas et ad beneficia non promoveatur +

Explicatur autem inferius fol. 10. Quis sit Actus ordinariae disputationis, Ubi fol. 11 habetur, interpretatio Biennii completi: et quod efficiat Actu regentem Professorem. verba sunt illic sequentia. Placuit dictae facultati Artistarum pro honore eiusdem etiam Actus ordinarii providere et cum effectu sancire et concludere, ut Magister ille biennium complere censeatur bienniorumque completo ad facultatem aptus Actu regens existat qui disputationes Ordinarias continuo visitaverit terciam minime negligendo. Secus facientem, nec inter biennium complentes, nec inter Actu regentes in antea placuit computari.

Ibidẽ Fol. 13

Statuta de consensu Facultatis Artium, pro ipsius incremento, imo totius Universitatis, concepta, lecta, et ausculeata. atq̃ p̃ eandem Anno Xri Dñi 1480 approbata

Statutum. I. De Electione Decani.

In statut. Universitatis idẽ habetur. fol. 44

Quoniam ex ea consuetudine, q̃ in Electione Decani Facultatis Artium priorib. temporibus est inducta multe inter Magistros et fratres ~~d~~ crecere discordie contentiones plurimæ, tacitæ simultates, et multa alia suboriri incommoda, non paucis etiam Magistris diu meritis et laborantib. iniuria pergravis inferri videbatur; dum multitudine conducta, quæsitis undecunq̃ votis quisq̃ Decanatum ambiret. Ad hæc omnia tollenda, caritateq̃ conservanda inter Magistros, Nos Johannes de Ausmicz Artium Magister S. Theol. Professor Custosq̃ Ecclesiæ S. Floriani nec non Rector huius inclyti Cracoviensis Studii cum nobis per Facultatem artium viris Doctorib. et Magistris deputatis desuper plenam autoritatem habentibus. Statuimus. Ordinamus. et disponimus, ut exhinc et inamplius Decanus Facultatis artium iuxta formam prius in statuto desuper editam eligatur, ea observata moderatione, ut non per privatos affectus, aut singularum personarum voluntates: sed recto et iusto ordine promotionis Magistrorum qui suscepti fuerint in Facultatem, in suo quilibet loco et ordine succedente tempore senior ante iuniorem in Decanum electus assumatur, ab eo primum incipiendo qui ex Magistris Senioribus et actu laborantibus nondum ad hoc assumptus erat officium, sicq̃ successive ad alios devolvatur, qui se ad Officium ipsud idoneos et habiles reddiderint. Intelligimus autem illum habilem et idoneum, qui postq̃ biennium iuxta formam in statutis descriptam complevit, in facultatem assumptus, duobus iterum annis continuis, per se in Universitate laboravit, Actus ordinarios visitavit, et cætera quæ Magistralis sunt ordinis perfecerit. Atq̃ ea commutatione quæ proxima est ante illam in qua se ex suo ordine et loco in Decanum iure et merito eligendum præsumpserit diligentius laborando se se officii dicti idoneum efferent, et capacem. Volumus autem ne cuipiam præiudicare videamur, quemlibet Magistrum in Facultatem admitti dum biennium compleverit, et ad se suscipiendum Magistris iuxta formam et consuetudinem solitam suam exposuerit voluntatem.

NB De admissione ad facult. [illegible]

De Poena Eligentiũ contra dispositionem expressam.

In statut. Univer. habetur hoc statut. fol. 45

Fol. 14

Qr n̄ oẽs equali legib. obediunt. Statuimus ut quocies electores, Decanum non iuxta Constitutiõem p̃dictam elegerint. et ille q̃ sic eligitur Decanatus officio, et q̃ elegerint, potestate eligendi, sint privati: devolvaturq̃ potestas electionis ad eos q̃ dicto illegitimæ non consenserint electioni Dño Rectore Universitatis præside cum suis Consiliariis, et Decanis facultatum insumptis. Qd si oẽs de facultate in a-

ibidem fol: 19 De laborantib. promotorum ad s. Florianu et Præbendam

Cæterum si qs ex Collegiatis simplex Magr artiu aut cu hoc Baccalaureus in iure Canonico ad di-
ctam Ecclsam promotus fuerit, nihilominus laborare teneatur duos actus in artib. more aliorum
Collegiatorum sub pœna pmissa. (id est gr. 2). Et p omnia idem de promotis ad pbendã Eccles cathedra- 18
lis Theologiæ incorporatam, et ad sallariu tertiæ partis focus in Zuppis, obseruetur.

Quod Rector sine Decanis pecunias Vniuersitatis n exponat fol. 6. ibid.

Item eadē dce statutu ē vt Rector Vniuersitatis pecuniam q ad ipsu venit sine consilio et assen- 113
pdictorum triu Decanorum n exponat, et q pecunia ad manus suas venerit statim infra 8 dies vel
ad maximum infra duas septimanas ad pdictam cistam (de qua hic infra) reponat. Sicqd
circa se de pecunia Vniuersitatis vltra vnam marcã qq adeo scitu pdictorum Decanorum
n retineat. Et qd in exponenda pecunia Vniuersitatis, Rector bonu vniuersitatis et n priuatu
commodu procuret.

Quod vna sit cista Vniuersitatis. antiq: fol. 6. ibid.

Anno Dni 1409. 20 Apr. in statu pdicta sub honorabili viro Magro Andrea de
Kokorsino pro tunc Rectore almæ Vniuersitatis studij Crac: in congregat. Magrorum eius-
dem concorditer statutum atq conclusu extitit. vt pecunia Vniuersitatis sit in vna
cista, ad quam sint 4 claues. quaru vnam hãat Rector pro tunc Vniuersitatis,
Secunda Decanus Facultatis Theologicæ. Tertiã Iuris Canonici. et 4 facult. artium
Decani. et vt eadē cista iuxta corum consiliu ponatur in vno loco tuto.

De Præsentatione promouendorum ad Beneficia Vniuersitatis. ibid. fol. 20

Insup statuimus et ordinamus vt ãõ du et qn alicuius beneficiij Vniuersitati incorpo-
rati vacatio quomodolibet occurrerit, ad huiusmodi Beneficiu promouendus pntari
debeat duntaxat p Rectorem cu Decanis facultatu nomine totius Vniuersitatis. inter
quos autem etiã promouendos si aliqua diuersitas difficultasue emerserit sopiatur p
modu statim præmissum. ibid fol. 21

Postquam quis cursu (theologiæ) finiuerit. etc ad legendu sententias, n nisi de consensu
oium regentiu admittatur. q iuret in hæc verba. Ego. N. Iuro in nulla alia
vniuersitate pro forma legere sententias. Item. Primo anno primu et secundu libros legere
quolibet die post horam Magistrorum vnam distinctionem nisi partem longioris breuiori (expedire)
adderem vel contra. et in Secundo anno Tertiu et quartu libros. (ibidem, scire) Quæstionẽ vnã cir-
ca materiã cuiuslibet distinctionis disputando, et textu totaliter p conclusiones legendo
et exponendo. Item. vtroq anno bis respondere ordinarie, et cuilibet Magro vltra
præmissa me offerre ad respondendu, et in ordine meo sicut mihi iniunctu fuerit
prædicare. Item in quolibet libro faciendo principiu contra dicta, et conclusiones e-
ius, vel q mecu concurrerint legendo, instare. Item cu fecero principiu primum in Sen-
tentias vnu florenu dare Bedello vniuersitatis. Sic me Deus adiuuet, et hæc s. dei Euan-
gelia.

Ordinatu Jā ē et statutu qd, faciens principiu ordinate in 3 Sententiarum. reputetur Baccalaureus formatus, (et ijs) fol. 22 Baccalaur.

Item statutū ē et conclusum quod in antea qlibet S. Theologiæ Baccalaureus in aliquā Missarū Universitatis prædicaturus sermonem suum moderetur ad tria quartalia unius horæ, sic qd etiā cum exhortatione dū eam fieri contigerit, nequaq tpš unius horæ excedat. sermonemq collectū Theologicæ facultatis Decano ante 8 dies suæ prædicationis præsentet, ut si qd addendum diminuendūq vel immutandū fuerit eis corrigendi fiat tempestive. Decano etiā dictæ facultatis det transsumptū ultimatè correcti sermonis ad qm n̄ liceat aliqd addere, aut quovis mō immutare in prædicatione, præter prædictam limitationem, sub pœna unius floreni, sic tn̄ qd si excessus exegerit gravius poterit puniri iuxta facultatis existimaōem. ibid fol. 24

De Pœnis negligentiū legere. nou:

Item Statuimus etc. Quod si qs prædictorū lectorū Iuris Canonici lectiōnē suam mō pmisso facere neglexerit. Lector ordinarius in 6 gros: et oēs alii 4 gros. pro singulis lectionib. neglectis puniri dēbeānt, eisdē de salariis ipsorū irremissibiliter defalcandis. Et si qui ipsorū Beneficia pro salariis habuerint, à talib. huiusmodi pœnæ per censuram Conservatoris exigantur, q inter collaborantes cæteros pro ipsorū utilitatib. dividantur. Hoc ipsum de omnib. laborantib. etiam aliārū facultatū, intelligi volumus et extendi. ibid fol. 27

Quis debeat Lectores in Iure Canon: et Medicina eligere?

Item statuimus et ordinamus qd Lectores Facultat. Iuris Canonici et Medicinæ, dū et quando aliqs locus eorundem vacaverit ponere et ordinare autoritatē habeat Universitas Doctorū Theologicæ, Canonicæ, et Medicinæ facultatū, cum Rectore et decanis earūdē. In promovendis vero et Præsentandis Doctorib. et Magris ad quæcunq Beneficia Universitati incorporata, serventur privilegia de hoc disponentia. ibid fol. 21

Determinatio observanda circa volentem respondere pro loco. seu De alibi promoto. ibid: fol. 53 et 54

De Promovendis in Theologia

Circa Responsionem alicuius pro loco inter Doctores seu eiusdē Sacræ Theologiæ Professores, et pro incorporatione facultati eorundem, ita oīb. Dnis supradictis moderatorib. visū ē observari debere, et n̄ aliter ad Respondendū admitti si quod præmisso iuramento facultati pstari solito, legat ante publicè. Si fuerit extraneus à domo Collegii maioris, leget lectionem sibi per Patres Facultatis assignandam, et tanto tpē quanto eis videbitur melius expedire. Si autē fuerit de domo Collegii maioris, tenebitur oēs libros Sententiarū publicè legere ex integro, pro loco et ordine obtinendo. Nec admittetur ad Responsionēm faciendam nisi in loco et ordine suæ vocationis ne sic præiudicaret Magris se priorib. in eodē Collegio maiori, suo ordine et loco gaudere volentib. Per utrosq tn̄ finita lectione duo floreni cuilibet Doctori facultatis Theologicæ dabuntur ut moris ē, et 20 flor: Universitati. Cum autē p Doctores admissus Respondere voluerit, Actū suæ Responsionis de mane incipiet et post prandiū continuabit: sic qd Doctores ante prandium Baccalaurei vō Theologiæ cū Decano artistarū, post prandiū arguent, et post argumentaōēs oīum Oratione ut moris ē pmissa Actus concludetur. post qm refectio solita in Zucaro et confectionib. apparabitur. salario servorū Universitatis iuxta statuta et diu tentam consuetudinem semp salvo. Ubi etiam placuit. Qd si qs ex curiositate et sui ostensione, ac ut dr̄ pro militia respondere velit in publico, qd sit admittendus iuxta Statuta, sine tn̄ omni Incorporatione, aut receptione loci, et ordinis. Statutū istud ab oīb. Doctorib. atq Magris auscultatū, approbatū Anno 1522. Iul. 29.

Si bonus es Iuridicq; malus es Christianq.

De Summario Processu.

In Summariis Iudiciis necessario requiritur. Citaō. Libelli oblatio. Litis contestatio Probaō. et Sententia istaq; Iudicii Substantialia et Essentialia nuncupant. Debetq; citatio esse Peremptoria. et responsio Citati consistere. Cum Iudex procedit Summarie ob causam breuitatis non admittat ullas exceptiones, aut in principio, aut in medio Processus, quæ suo ordine essent proponendæ. si tales essent quæ requirerent longiorem, et latiorem, et exquisitam indaginem; sed tales Exceptiones breuiandæ litis causa, usq; ad finem, hoc est, usq; ad definitiuam reseruandæ, aut in alia Iudicia inde fortassis oritura. Exceptiones autem quæ exquisitam altioremq; requirant indaginem sunt illæ quæ impedire solent Summarium progressum sic, ut talis Summarius Processus non tam cito, tamq; breui tempore absolueretur quanto expediret si tales exceptiones non fuissent propositæ, aut admissæ. Tales si Iudex animaduertat eas pro suo arbitrio procedere potest. Iodocus Damhouderius I. V. D. in Praxi rerum ciuilium. fol. 35

De Procedendo de Plano.

De Plano proceditur in Caussis siue iudiciis leuibus et exiguis. quales sunt quæ Filius furatus est Patri. Uxor, Marito, aut Seruus Dño vel Magistro rem leuem. In Processibus Planis vel de Plano proceditur plus quam summarie. in illis enim Iudex post libellum receptum statim ad examen testium, mox ex consideratione rei et personarum ad condemnaōem vel absolutionem, sine ulla litis contestatione procedit. Non hic Procuratores admittuntur, non sedendo, sed stando aut ambulando controuersiæ audiuntur et sententiæ stando et si placet vel deambulando feruntur, domi suæ vel in camera priuata, et non in loco tribunali consueto. Innocent. in c. Olim num. 2 extra de accusat. et inqsit. et denunciat. Ex eodem Iodoco autore.

De Procedendo sine Figura Iudicii, siue Processus. idem ibidem.

Sine Figura Iudicii siue sine Strepitu iudiciali procedere, est etiam plusquam summarie in causa procedere. sine Causidicis, sine litis contestatione, sine replicatione, duplicatione, confutatione et sine ullis aliis formis iudiciariis, ex sola verbali productione, auditis partibus et testibus ex consideratione rerum ipsarum Iudex censuram colligit, Sententiamq; pronunciat. Tali Processu proceditur In Caussis miserabilium personarum quæ celerrimam requirunt expeditionem. vel earum personarum quæ hoc habent ex priuilegio sibi concessum, aut ex Rescripto Principis. In tali Processu potest Iudex procedere sine ullo libello quod in ea sola petitio oris, et causæ explicatio verbalis sufficit. potest procedere sine ulla litis contestatione. potest omnes exceptiones frustratorias et friuolas reiicere, potest Appellationes abbreuiare, dilaōes inutiles non admittere, testium multitudinem repellere, scripturas non admittere, iudicare etiam vacantiarum tempore, quo reliqua iudicia cessant, silent, ac quiescunt. suamq; sententiam ferre sedendo aut stando prout sibi melius videbitur. Obseruanda nihilominus sunt in hoc Processu Iura naturæ et Iurisgentium, nec ulla raōe usq; frangi aut tolli possunt. quare neq; Citatio, neq; Defensio omitti det, neq; Personarum ~~Legitimatio~~ si ~~is desideren~~ requiratur, Tenetur etiam hic Iudex admittere iustam legitimamq; partis defensionem, utrinq; accipere Iuramenta de Calumnia et Malitia præstationem, quod est de veritate dicenda, ne scilicet veritas occultetur. Interrogare quoq; debet utramq; partem seorsim omnia, quæ ad maiorem causæ cognitionem spectare putabit, vel ad hoc requisitus, vel ex suo officio, ubicunq; id æquitas suadebit. Deniq; ante sententiam definitiuam citandas curabit partes, ac iuxta Petitiones, Probationis, cognitiones et iuxta omnia in causa acticata Sententiam stando aut sedendo verbaliter pronunciabit, vel certe eandem scripto tradet. Quemadmodum hæc omnia latius explicantur, in Clementina sæpe de Verb. significaōib.

Recte iudicate filii hominum Psal. 57. Errat qui iudicat priusquam intelligat.

Iustus nullum nocendi nouit modum. Menander. Iustus est, qui cum pt nocere, non vult. Philemon.

Littera Duc: quod nihil innouetur contra Statuta, et Iurisdictionem Rectoris et Scholarium

Christophorus Mauro Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et Sap: viris Marco Zane de suo mandato Pot. et Triandano Griti Cap. Paduæ fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum.

Etsi Nobis persuademus pro vestra prudentia in isto vestro regimine nihil a vobis fieri, quod ab honestate æquitateque dissentiat. tamen quia egregius Iuristarum Rector queritur, et eidem DD Artistarum nomine expositum est nonnulla sibi innouari præter formam antiquam consuetudinum, has vobis scribere statuimus volentes, vobisque mandantes, ut eis præteritas consuetudines seruari faciatis rescribentes, ac nostro Dom. particulariter significantes si (sicut dicitur) aliquid eis innouationes factæ fuerint. Datum in Nostro Duc. Palatio die 20 Iun: Indict: 14. MCCCCLXVI. in Statut. Vniuersitatis Patauinæ Anno 1607 Patauii in Typographia Laurentii Pasquati in 4to impressis. habetur hoc Mandatum pag. 209, quæ est illius libri penultima.

Statutum nouum de electione Rectoris.

Modus autem eligendi Rectorem fiat sub hac forma. Doctores et Magistri omnium Facultatum pro tunc præsentes de numero ipsorum eligant. 4. Baccalaurei omnium Facultatum etiam præsentes eligant de numero eorum 3. Studentes etiam omnium Facultatum eligant de communitate sua duos. Qui taliter dicti potestatem habebunt eligendi alios 7 Magistros. Et hi 7 consequenter potestatem habebunt eligere 5 Doctores aut Magistros. qui 5 potestatem habebunt eligendi Rectorem Vniuersitatis prædictum. cuius Rectoris Rectoratus Officium durare debet ad medium annum.

Declaratio Clausulæ in Statutis de Baccalaureis omnium Facultatum in electione Dni Rectoris in Electores primos eligendis.

In eadem quoque conuocatione exposuit D. Rector, quosdam D Professores in electione D. Rectoris solere perstrepere non sine scandalo studiosorum, quod illi Baccalaurei non possent esse inter primos Electores, qui fuerant et Magistri artium simul, et Baccalaurei Theologiæ, vel Iurisprudentiæ, siquidem a potiori titulo denominantur Magistri non Baccalaurei: porro statutum iubet inter 9 Electores primos, ex Magistris vel Doctoribus omnium Facultatum deligere viros 4. deinde speciatim ex Baccalaureis omnium Facultatum eligere 3, atque studiosos 2, vnde semper contendebant quidam ex Professoribus dicentes, quando non reperiuntur Baccalaurei Theologiæ, vel Iurisprudentiæ, qui essent absque titulo Magisterii tunc interim ex solis Baccalaureis Philosophiæ eligi debent tres viri etc. Reuerendi vero Patres et Magistri vniuersitatem repræsentantes, antiquo Statuto insistentes concluserunt. Vt ex Baccalaureis omnium Facultatum etiam si fuerint Magistri inter primos Electores semper eligantur, et secundum promotionem sui Magisterii eant ad manum Præsidentis. Si vero post hac DD Professores in Electione D. Rectoris turbas eiusmodi ciere, vel clamores excitare attentauerint, ex tunc pæna 10 Marcarum per D. Rectorem erunt puniendi. A D. 1607 in Rectoratu primo Sebas: Krupka I. V. Doctoris.

IV